UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum sit una uirtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

aliis rationibus. Et ad hunc ſenſum reducere memento quæcunque de huiuſmodi ſcriptura ſunt. Signũ autem huius eſt, qđ de beato ſcriptũ eſt, quòd ſuper oĩa bona ſua conſtituet eum, & ꝙ charitas omnib. imperat. Hæc. n. ex ſuprema uniuerſalitate obiecti ſunt.

*ar. 7. & 8. huius q.
†li. 2. Eth. c. 6. & 6. Eth. c. ult. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd charitas ponitur in diffinitione omnis uirtutis, non quia ſit eſſentialiter omnis uirtus: ſed qa dependent ab ea aliqualiter oẽs uirtutes, ut infra* dicetur. Sicut etiam prudentia ponitur in diffinitione uirtutum moralium, ut patet† in 2. & 6. Ethic. eo quòd uirtutes morales dependent a prudentia.

Ad secvndvm dicendũ, quòd uirtus, uel ars, ad quam pertinet finis ultimus, imperat uirtutibus, uel artibus, ad quas pertinẽt alii fines ſecundarii, ſicut militaris imperat equeſtri, ut dicitur† in 1. Eth. Et ideo quia charitas habet pro obiecto ultimum finem humanę uitæ, ſ. beatitudinem æternam: ideo extendit ſe ad actus totius humanæ uitę per modum imperii, non quaſi immediate eliciens omnes actus uirtutum.

† lib. 1. Eth. c. 2. a medio to. 5.

Ad tertivm dicendum, quòd præceptũ de diligendo, dicitur eſſe iuſſio generalis: quia ad hoc reducuntur omnia alia præcepta ſicut ad finem, ſecundum illud 1. ad Tim. 1. Finis pręcepti charitas eſt.

Articvlvs V.

Vtrum charitas ſit una uirtus.

Locis ſupra art. 4. inductis.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ charitas non ſit una uirtus. Habitus. n. diſtinguuntur ſecundum obiecta: ſed duo ſunt obiecta charitatis, ſ. Deus, & proximus, quæ in infinitum abinuicẽ diſtant. ergo charitas non eſt una uirtus.

¶ 2 Præt. Diuerſę rationes obiecti diuerſificant habitum, etiã ſi obiectum ſit realiter idẽ, ut ex ſupra* dictis patet: ſed multę ſunt rationes diligendi Deũ, qa ex ſingulis beneficiis eius perceptis debitores ſumus dilectionis ipſius. ergo charitas non eſt una uirtus.

q. 17. ar. 6. & 1. 2. q. 54. ar. 2.

¶ 3 Præt. Sub charitate includitur amicitia ad proximum: ſed Philoſophus in* 8. Ethic. ponit diuerſas ſpecies amicitiæ. ergo charitas nõ eſt una uirtus, ſed multiplicatur in diuerſas ſpecies.

Li. 8. Eth. c. 11. & 12. to. 5.

Sed contra. Sicut obiectum fidei eſt Deus, ita & charitatis: ſed fides eſt una uirtus propter unitatẽ diuinę ueritatis, ſecundum illud ad Epheſ. 4. Vna fides. ergo etiam charitas eſt una uirtus propter unitatem diuinæ bonitatis.

Ar. 1. huius quæſt.

Respon. Dicendum, ꝙ charitas, ſicut dictũ* eſt, ẽ quędã amicitia hominis ad Deum. Diuerſę aũt amicitiarum ſpecies accipiũtur quidem uno modo ſecundum diuerſitatem finis: & ſecundũ hoc dicuntur tres ſpecies amicitiæ. ſ. amicitia utilis, delectabilis, & honeſti. Alio modo ſecundum diuerſitatẽ cõmunicationum, in quibus amicitiæ fundantur: ſicut alia ſpecies amicitiæ eſt conſanguineorum, & alia cõciuium, aut peregrinantium, quarum una fundatur ſuper communicatione naturali, alia ſuper communicatione ciuili, uel peregrinationis, ut patet per Philoſophum* in 8. Eth. Neutro autem iſtorũ modorũ charitas poteſt diuidi in plura. Nã charitatis finis eſt unus, ſ. diuina bonitas. Eſt ẽt & una communicatio beatitudinis ęternæ, ſuper quam hæc amicitia fundatur. Vnde[d] relinquitur, quòd charitas eſt ſimpliciter una uirtus, non diſtincta in plures ſpecies.

li. 8. phyſ. c. 11. & 12. to. 5.

D. 405.

Ad primvm ergo dcendum, quòd ratio illa directe procederet, ſi Deuis, & proximus ex æquo eẽnt charitatis obiecta: hoc autem non eſt uerum, ſed Deus eſt principale obiectum charitatis: proximus

F autem ex charitate diligitur propter Deum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ charitate diligitur Deus propter ſeipſum. Vnde una [...] ligendi attenditur principaliter a charitate, [...] diuina bonitas, quæ eſt eius ſubſtantia, ſecundum illud Pſal. 105. Confitemini Domino, quoniam [...] Aliæ autem rationes ad diligendum inducentes [...] debitum dilectionis facientes, ſunt ſecundariæ [...] conſequentes ex prima.

Ad tertivm dicẽdum, ꝙ amicitiæ [...] de qua Philoſophus loquitur, eſt diuerſa [...] diuerſa communicatio. Quod in charitate [...] habet, ut dictum* eſt. Et ideo non eſt ſimilis [...]

G

Articvlvs VI.

Vtrum charitas ſit excellentiſſima uirtutum.

Ad sextvm ſic ꝓceditur. Videtˉ, ꝙ charitas non ſit excellentiſſima uirtutum. Altioris. n. potentiæ altior eſt uirtus, ſicut & altior operatio: ſed intellectus eſt altior uoluntate, qa dirigit ipſam: ergo fides, q̃ eſt in intellectu, eſt excellentior charitate, quæ eſt in uoluntate.

¶ 2 Pret. Illud, ꝑ qđ aliud operatˉ, vr̃ eo eẽ inferius, ſicut miniſter, ꝑ quẽ dñs aliqd operatˉ, eſt inferior dño: ſed fides per charitatem operatur, ut habetur ad Gal. 5. ergo fides eſt excellentior charitate.

H

¶ 3 Præt. Illud qđ ſe hẽt ex additione ad aliud, vr̃ eſſe perfectius: ſed ſpes ur̃ ſe habere ex additione ad charitatẽ. nam charitatis obiectum eſt bonum: ſpei autem obiectum eſt bonum arduum: ergo ſpes eſt excellentior charitate.

Sed contra eſt, qđ dr̃ 1. ad Cor. 13. Maior horum eſt charitas.

I

Respon. Dicendũ, ꝙ cũ bonũ in humanis actibus attẽdatur ſm ꝙ regulantur debita regula, neceſſe eſt, ꝙ uirtus humana, q̃ eſt principium bonorũ actuum, cõſiſtat in attingẽdo humanorũ actuum regulã. Eſt aũt duplex regula humanorum actuũ, ut ſupra* dictũ eſt. ſ. rõ humana, & Deus: ſed Deꝰ eſt prima regula, a qua ẽt humana rõ regulanda eſt. Et ideo uirtutes theologicę, quæ conſiſtũt in attingẽdo illam regulam primã, eo ꝙ earum obiectum eſt Deus, excellentiores ſunt uirtutibus moralibus, uel intellectualibus, quæ cõſiſtunt in attingendo rõnem humanam. Propter qđ oportet, ꝙ ẽt inter ipſas uirtutes theologicas illa ſit potior, quę magis Deum attingit. Sẽper aũt id, qđ eſt per ſe, magis eſt eo, quod eſt per aliud. Fides autem, & ſpes attingunt quidem Deũ, ſm ꝙ ex ipſo prouenit nobis uel cognitio ueri, uel adeptio boni: ſed charitas attingit ipſum Deũ, ut in ipſo ſiſtat, non ut ex eo

K

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN